

Beiträge, die Bogenzahl der Zeitung auszudehnen, wurde wegen der dadurch unumgänglichen Preiserhöhung derselben abgelehnt, indessen beschlossen, in vorkommenden dringlichen Fällen den regelmässigen zwei Bogen noch eine Beilage hinzuzufügen. Für die Vereinsbibliothek gingen die periodischen Schriften ein.

Wissenschaftliche Mittheilungen.

Ein entomologischer Brief Cuvier's.

Nachstehender Brief des berühmten Cuvier, — wir verdanken das Original der Güte des Herrn Prof. von Siebold in Erlangen, der es der Vereinsbibliothek geschenkt hat cf. Octobernummer 1842 — fehlt in der Sammlung, welche Silbermann in seiner revue entomologique Strassbourg, Paris 1813 p. 143, 193 sqq. hat abdrucken lassen, wie auch in den « Notices historiques sur les ouvrages et la vie de Cuvier » von Duvernoy 1833, und wird namentlich für die zahlreichen Coleopterologen des Vereins von Interesse sein. (Wörtlicher Abdruck.)

De Insectis aliquot, Epistola Zoologico-critica, ad DD. C. F. Pfaff & E. d. Marschall.

*Pfaffio Marschalloque Suis, S. p. d.
G. L. Cuvier.*

Num me gaudio aut tristitia adfecit laborum vestrorum entomologicorum adspectus, valde adhuc dubito, amici dilectissimi. Gavisus sum quidem, laetitiaque exsultavi, videns binos juvenes, quos merito discipulos vocare audeo, tanto successu, mea, Magistrique communis vestigia sequi, ut nosmet jam jam attigerint, si nondum superavere, sed etiam valde doleo me laboris vestri non ut antea participem, susceptique munericis difficultatibus obrutum, subreptitie tantum, et quasi furtive, minuscula studio naturae, dare posse momenta. Mihi litterae vestrae, et jocosas ambulationes ad capiendas bestiolas, et diurnos labores ad illustrandas, et nocturnos ad collocandas, et tam amoeno studio constructum ornatumque

insectorium, totam denique seriem hujusmodi voluptatum, in mentem revocarunt, simulque horum omnium vestrique, exsurrexit desiderium maximum... — Sed vobis, longa narratione dolorum, diutius gravem esse nolo, et statim ad scopum hujus Epistolae transeo.

Insectorum vestrorum Catalogo attente perfecto, et cum a Linnaeo, Fabricio, meque scriptis comparato, sequentia inveni, quae vobis prodesse possent:

1. Scarabaei vob. hirtellus et sticticus, cum caracteribus bene convenient, sed quoniam in Fabricio nulla scar. variabilis fiat mentio, verisimile videtur scar. hirtellum et sticticum, olim a Linnaeo, sub unico nomine, variabilis, comprehensos fuisse, mea igitur non est culpa, num illos semper pro diversis habui.

2. Scarabaeo mihi subterraneo certissime striae sunt crenatae, et fossore non triplo minor est, ut de Sc. terrestri asserit Fabricius, quas ob caussas priorem opinionem servo.

3. De Byrrho pillula, et cantharidi pectinicorni, idem sentio, ac vos.

4. Scarabaeus vob. calcaratus, verisimillime est foemina Scar. stercorarii, nam in hoc genere alterum exemplum habemus, foemina femoribus cornigeris, scilicet in Scar. Sacro, calcaratum suum nimis breviter descripsit Linnaeus, et plane de illo tacet Fabricius.

5. De Melolontha farinosa et argentea Fabr. Montis bellicardi certior factus sum. Ibi enim in omnibus sapibus immensam copiam harum bestiolarum inveniebam, rosas, flores cornus sanguineae, opuli, lantanae etc., omnino vorantium; alterae coerulescunt, alterae e testaceo virescunt, sed mihi id discriminem, meram sexus varietatem esse videtur.

7. Chrysomelam sericeam, recte nominasti.

8. Sphaeridium haemorrhoidale Fabr. a meo 4pustulato diversissimum. Illud in Oratione mea descripsi: hoc nobis attulit Hartmannus oratione jamdudum habita.

9. Cureulionis germani caracterem, non minori tantum, sed utrique varietati, uti juris erat, convenientem, dedit Fabricius; minus recte Linnaeus, majorem solum descripsit.

10. Curculio nob. pseudogermanus certissime non est Cureulio Abietis; hae sunt meae rationes. Linnaeus ipse dicit, Curc. Abietis adeo similem esse curculioni pini β, ut

eosdem habeant synonyms, citatque numerum 447 Faunae suecicae, ubi sequens invenitur descriptio » — Est procedenti (curculioni pini α) similis, sed dimidio minor, totus griseus, e cano et griseo mixtus; antennae nigrae. Rostrum thorace fere longius; Thorax griseus, a tergo in medio pari punctorum alborum, et vix conspicuorum. Elytra e cano et griseo mixta, intime, cum macula magna ferruginea in singuli Elytri medio. Scutellum seu apex thoracis albus est. harum notarum fere nulla pseudogerm: convenit. Fabricius etiam, p. 129, curculionem pini a C. Abietis aculeo femorali tantum, differre asserit; Illud vero e musaeo Hoestliniano novimus, et ni fallor ipsi possidetis. Quantumne differt a pseudogermano?

10. Lepturam 4maculatam, Hoestlinus possidet, ego depixi, Linnaeus descripsit: Fauna. s. p. 502. — » Est inter maximas. Omnia nigra, sed thorax et abdomen lana cinerea. In singulis elytris macula una alterius paullo minor, altera posterius magis quadrata et magis suturale ferruginea. Certissime, nec Hoestlini individuum, nec mea pictura, nec Linnaei descriptio, Lepturae Woelfelii sunt similia.

11. Estne necydalis vestra coerulea, Cantharis coerulea Linnaei?

12. Elaterum aterrimum et El. nigrum, in Diario 1787. separatis descripti. Ille ex nigro virescit, digitis pedum rufis, et magis elongatus, hic omnino niger, et latior — nigrum in Fabricii Systemate non invenio.

13. Carabus nob. olim nitens, certissime est Carabus auratus; Estne vero Carabus mihi olim auratus, quem a vobis Clatratum vocatum esse suspicor, Carabus nitens? Conferte cum caracteribus Linnaeanis et Fabricianis sequentem descriptionem ex Fauna succica.

» No. 518. Carabus niger, Elytris viridibus obtuse sulcatis, pedibus antennisque nigris.

(NB. nos pedes tunc nigros, tunc rufos invenisse recordor. C)

» Magnitudo et facies omnino praecedentium (Carab. maj.) Corpus totum nigrum subtus cum antennis et pedibus; Caput, thorax Elytra supra viridi nitentia. Elytra singula, sulcis 3 vel 4 rugosis exarantur, pulcherrime viridi sericeis, interjacentibus convexitatibus nigris. margo Elytrorum exterior ignei coloris est. Antennae breves.

Linn. Faun. suec. Ed. I. p. 172.

Hae sunt, Amici dilectissimi, meae annotationes; pleraque aedificii vestri destructoriae; destructio facilis, dicetis, difficilior aedificatio. Verum est! sed male aedificata nihilo minus destruenda sunt. Valete, persuasumque habetote, me vobis semper amicissimum fore. Daham Ladomi, D. XVI. mens. Octob. M. D. CC. LXXX. VIII.

Ad illustrissimos, Doctissimosque
liberum Baronem Marschall a Biberstein
et Christophorum Fredericum Pfaff, Ordini-
nis academici minoris Equites,

Stuttgardiae.

A g e n d a h e m i p t e r o l o g i c a .

V o m

Prof. Dr. Ratzeburg in Neustadt-Eberswalde.

Verschiedene Fragen über die Generation und Metamorphose der Blattläuse, welche man schon vor langer Zeit so glücklich zu beantworten angefangen hatte, sind neuerlich von mehreren Seiten wieder aufgenommen worden. Vieles verdanken wir besonders der gehaltvollen und genauen Schrift von Kaltenbach (Monographie der Familien der Pflanzenläuse, 1ster Theil, die Blatt- und Erdläuse, Aachen 1843.) Manches ist aber noch zu thun übrig und wird erst zu Tage kommen, wenn der eine wiederum anhaltende und gründliche Beobachtungen angestellt, oder der andere gerade einen glücklichen Treffer zufällig gehabt haben sollte. Vielleicht gehöre ich zu den letztern, denn gerade den Blattläusen mich ausschliesslich gewidmet zu haben, kann ich mich nicht rühmen. Die Menge von schwierigen Aufgaben in fast allen Ordnungen der Insecten, namentlich in der Coleoptero-, Lepidoptero- und Hymenopterologie liessen mich nur dann und wann zu jenen Thieren kommen, die zwar für die wissenschaftliche Entomologie und selbst für gewisse Geschäfte der Menschen eine hohe Bedeutung haben, doch aber den Forstmann wenig berühren.

Die Besprechung an diesem Orte wird daher für das lesende Publikum gewiss von Interesse sein. Sollte Jemand